



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

§. 8. Alii tres Præsules ab eodem Pontifice ad S. Collegium assumpti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

in quo sua quoque credulitas fixa quiescit. *Sæc. XVIII.*
 Scit, huic unitati dictum esse, qui Vos *A. C. 1739.*
 audit, Me audit; non pluribus illi opus
 est; non examinat, quomodo fuerit hoc
 corporis uniti iudicium; nec disquirit va-
 ria motiva, quibus innixi Episcopi suam
 ediderunt definitionem; ipsi sufficit, quod
 locuti fuerint pro eo, qui suam fidem in
 ipsorum magisterio fundat; non turbatur
 periculis, quæ tanquam consideratione digna
 exaggerantur; novit enim, eum, qui Epi-
 scopis promisit suam assistentiam in dicendo,
 etiam ipsos posse tueri, ac præstare securos,
 seque cum illis; suam enim simplicitatem in
 se submittendo fore suam securitatem, sicut
 promissio Christi Episcopis præstat securi-
 tatem.

S. VIII.

*Alii tres Præfules ab eodem Pontifice
 ad sacrum Senatuum
 assumpti.*

Præter hos duos idem Clemens Pon-
 tificex hujus anni decima quinta Julii
 die sacro Purpuratorum Collegio ad-
 scripsit Manellinum Corium Mediola-
 nensem, antehac Romanæ Urbis Gu-
 bernatorem, quem in Consistorio Car-
 dinalem Diaconum tit. S. Hadriani di-
 xit. Die autem trigesima Septembris
 decimam quintam & quidem postremam

T 4

habuit

Sæc. XVIII.
A.C. 1739.

habuit Cardinalium renuntiationem qua sequentes duos Præsules Purpuræ honorabat. Ex his primus erat Prosper Columna patria Romanus, Cameræ Apostolicæ Auditor, Cardinalis Diaconus tit. S. Angeli in foro Piscinarum & Carolus Maria Sacripantes itidem Romanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ ad Martyres.

§. IX.

Georgii Spinolæ Cardinalis obitus

Totidem Purpurati, quos Clemens Mensæ Julio promoverat, hoc anno morte sua vacuas in Collegio sedes reliquere. Ex his primus erat Georgius Spinola, qui ex vetustissima & reque illustrissima Genuensium Patriciorum familia ortus, die quinta Junii anno Christi sexcentesimo sexagesimo septimo post millesimum primam lucem aspexit, eximiis omnino Parentibus, Christophoro Marchione Reipublicæ Genuensis Duce, & Joanna Baptista Centurione. Horum cura Georgius primo paterna in domo hominis Christiani officiis, & literarum rudimenta probe imbutus, Senas ad Nobile Collegium Ptolomaicum mittebatur, ut severioribus ibidem disciplinis insisteretur. Inde Romam profectus, natura